Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

alterum quorum vident dominum. Quamvis memo
ratum sabbatum septima dies sit ebdoma
dis tamen officium in ea celebratur pro neophi
tis. At media sex responsoria tenent et
alleluia. Sic septenarius numerus requiem
significat ita et senarius opera.
RESPONSORIUS QUI HOS IN
vitat per VI dies ad Christi resurrectionem
aliquam actionem vult nobis intimare
in resurrectione corporum. De qua actio
ne dicit idem quod supra ad eundem. In ea autem in
illa requie non desidiosa segnitia. sed que
dam ineffabilis tranquillitas actionis
ociose. Sic enim ab huius vite operibus in fine
requiescitur ut in alterius vite actione
gaudeatur. Sed quia talis actio in dei laude
agitur sine membrorum labore sine angore
curarum non adeam sic transitur per quietem ut
ipsa labori succedat. id est non sic esse inci
piat actio ut desinat requies. neque enim
reditur ad labores et curas. permanet in
actione quod ad quietem pertinet. nec in
opere laborare. nec in cogitatione fluc
tuare. Quia ergo per requiem ad primam vitam
reditur unde anima lapsa est in peccatum
propterea per sabbatum requies significatur. Illa
autem prima vita que a peregrinatione re
deuntibus et primam stolam accipientibus red
ditur per unam sabbati que diem dominicum di
cimus prefiguratur. Et in alio loco idem ad
eundem. Dies dominicus non iudeis sed christia
nis in resurrectione domini declaratus est.
et ex illa habere cepit festivitatem suam.
Anime quippe omnium sanctorum ante re
surrectionem corporis. sunt quidem in re
quie sed in ea non sunt actione qua corpore
recepto vegetantur. Tale quippe actio

nem significat dies octavus qui et primus.
quae non aufert illam requiem sed glorificat. Ex spi
ratione sancti augustini per responsorium in
telligimus actionem sanctorum in corpore que
erit cum omni leticia ut responsorius sonat.
Hec dies quam fecit dominus exultemus et letem
ur in ea. Quia hec leticia exitum habet in
glorificatione alleluia sequitur. Et ut de
monstretur eandem actionem non esse aliud
nisi laudem dei. post sex dies continuati
alleluia cantatur. Ubi notandum est versus
responsorii omnis esse de psalmo Confite
mini domino quod sonat confessionem laudis.
Que tamen laus cum alleluia concluditur propter
nobiliorem linguam. In fine enim versuum
preposterus ordo est. Benedictus qui venit
in nomine domini preponitur in quinta
feria versui. lapidem quem reprobaverunt
qui est in ordine psalmi prior quod non est sine
ratione. Sexta feria cantatur. id est inter
ceteros precipue sonat de passione domini.
que facta est sexta feria. In illa reproba
verunt iudei dominum edificantes. in illa
factus est caput anguli. coniungens du
os parietes simul ex adverso veni
entes. De eis: de octo diebus.
Octo dies neophitorum cursum presentis
vite monstrant. Sicut enim et filiorum
israel postquam transierunt mare ru
ũba brum usque ad terram repromissionis.
significat omnem cursum presentis
vite. ita et conversatio neophitorum omnem
cursum presentis vite in quo nos oportet
secundum resurrectionem Christi vivere. De quo
cursu dicit augustinus in libro contra faustum
XII. Rubet in mari rubro baptismus
utique Christi sanguine consecratus. hostes